

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Misericordia m
cum fonte primo

Non memini
me legisse mala morte mortuum qui libenter

opera pietatis exercuit.
Habet enim multos intercessores

et
impossibile est multorum preces non
exaudiri.

Ieronymus in epistola ad Nepocianum.

Fratres charissimi,
nunquam recordor
me legisse mala morte perisse, qui libenter
in hac vita
opera charitatis vel pietatis voluerit exercere.
Habet enim multos intercessores
pius homo, et ille qui opera charitatis exercet
hilariter. Quid enim aliud de piis hominibus
dicere poterimus, nisi id quod frequenter
legimus, *Opera enim illorum sequuntur illos*
(*Apoc. XIV, 13*)? Quare? Nisi quia multos
habent intercessores, ideo
impossibile est, ut preces multorum non
exaudiantur.

Augustinus (pseudo) Belgicus, *Sermones ad fratres in eremo commorantes*, 44 (PL 40, col.1319).